



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorm Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno DLXXVII. ad annum DXC.

Parisiis, 1644

Epistola VII. Gregorii Papae I. Ad Episcopos Illyrici. Ordinationem Ioannis
episcopo apostolica auctoritate confirmatam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15221

EPISTOLA VII.

GREGORII PAPÆ I.

AD EPISCOPOS ILLYRICI.

Ordinationem Ioannis episcopi apostolica auctoritate confirmatam.

Gregorius vniuersis episcopis per Illyricum.

ET nobis confert de solitudine vestra latitiam, & fraternitatem vestram de sua reddit ordinatione securam, si antiquæ consuetudinis ordo seruatur. Quia ergo ex epistolis quas ad nos per Maximianum presbyterum & Andream diaconum direxistis, in persona Ioannis fratris & coepiscopi nostri consensum omnium vestrum & serenissimi principis conuenisse cognouimus voluntatem, magna nos exultatio habuit, talem Deo auctore ad sacerdotii officium fuisse prouectum, qui dignus cunctorum est electionis iudicio comprobatus. Proinde iuxta postulationis vestræ desiderium, prædictum fratrem & coepiscopum nostrum in eo in quo est sacerdotii ordine constitutus nostri assensus auctoritate firmamus, ratamque nos eius consecrationem habere dirigentes pallium indicamus. Cui quoniam iuxta morem nostras vices commisimus peragendas, ideo fraternitatem vestram necessario præuidimus adhortandam, quatenus ei in his quæ ad ordinem ecclesiasticum rectitudinemque pertinent disciplinæ, siue in aliis quibus Canonum decreta non obstant, parere nullo modo differatis, vt caritatem vestram sincero eum iudicio elegisse exhibita valeat obedientia declarare.

EPISTOLA VIII.

GREGORII PAPÆ I.

AD LEONEM EPISCOPVM PRIMÆ IVSTINIANÆ.

De vsu pallii, & cura pastoralis diligenter exhibenda.

Gregorius Joanni episcopo primæ Iustinianæ Illyrici.

MANIFESTVM bonitatis esse liquet indicium, in vnus
 electione cunctorum conuenire consensum. Quia
 igitur suscepta fratrum & coepiscoporum nostrorum re-

Grat. dist.
63. c. Quia.